



**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,
Sacrae Theologiae Professoris, Et sanctae Inquisitionis
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtutibus,
Et Vitiis Contrariis, In ...**

De Virtute Religionis, Et Ei Annexis; Continens septem Tractatus
Theologiae Moralis praecipuos. Primus, in ordine septimus, est de Oratione
... Septimus, & latissimus, de Beneficiis Ecclesiasticis

Castro Palao, Fernando de

Lugduni, 1669

De potestate Legati nati, & missi in beneficiorum collatione. punct. 26

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76561](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76561)

beneficium quasi de nouo creetur, in causa esse non potest, quomodo legatus illud creare, & prouidere possit. Tum quia illius creatio aliena non est à iure communi, sed potius illi conformis, cap. cum Ferrarientis, de constitutionibus, cap. relatum, cap. dilectus, cap. directo, de praebedis. Tum quia collegium canonicorum, & Episcopus ad id auctoritatem habent. Ergo à fortiori illam legatus habere debet.

Hic canonicus supernumerarius, cum sit canonicus solo titulo fructus non percipit, alias re ipsa haberet praebedam. Gloss. Abbas & alij in c. dilecti, 2. de praebedis, & c. relatum, eod. tit. Distributiones vero quotidianas probabilis est obtinere posse, nisi obster consuetudo, quia sic colligitur ex cap. pro illorum, c. dilectus, 1. de praebedis, & tradit ibi Abbas & cap. cum M. de consuetudine, Azorius 2. par. lib. 3. cap. 11. quae. 5. & 13. & lib. 5. cap. 28. quae. 8.

Respectu vacaturae praebedae nullum ius habet, nisi ei fuerit expressè à Pontifice concessum, ut satis colligitur ex c. 2. de concessione praebedae, in 6. potest tamen iudicis officium implorare, vacante praebedae, ut sibi concedatur, ut bene probat Abbas c. dilectus, 1. c. relatum, n. 7. de praebedis. Ipe vero iudex non tenetur petitioni annuere, etiam conueniens sit, quia ex nullo capite obligatur.

3. Ceterum haec procedunt ex iure communi. At spectato Tridentino, sess. 24. cap. 19. vetius exilimo canonicum supernumerarium creati non possunt. Nam etio ius strictè non habet ad praebedam vacaturam, habet tamen aliquale ius. Sed ex supradictis tractatu omnes expectantur, & gratiae ad vacaturae beneficia irritantur. Ergo haec legatus concedere non potest. Item congregatio concilij ibidem declarauit canonicum supernumerarium creati non possunt, refert Barbosa in reuisioni concilij, & tradit Gonzal. reg. 8. men. sium. §. 1. num. 64.

14. Sexta difficultas est de beneficiis reueruatis, an ea legatus prouidere possit: Et respondendum est negatiue ex cap. quoad reuersionem, de officio legati, & ex c. licet, de praebedis, in 6. & tradunt omnes legatus namque solum habet facultatem generalem conferendi beneficia vacantia in prouincia suae delegationis, sub qua generali facultate non comprehenduntur reueruata generalia, aut specialia reueruata, ut tradit Mandos. de signatura gratiae, tit. de indulto conferendi beneficia reueruata, in prima, & alij relatus Garcia §. p. c. 3. n. 44. imo etiam facultatem generalem habet etiam prouidendi reueruata, non comprehenderet vacantia apud sedem; quia haec reueruatio est clausa in corpore iuris, & ob eam causam priuilegiata, ne sub generali concessione reueruatum intelligatur, sicuti in concessione absoluenti à reueruatis non veniunt contenta in bulla oenae, sic alij relatus Garcia num. 55.

15. Ex quo fit non posse legatum à latere prouidere beneficia, quae proprie electiua sunt, quia eligentibus à iure conceditur semestris, ut libere eligere possint, cap. nulla, c. quia dicitur, de concessione praebedis. Non igitur debet à legato impeditur, & probat text. in cap. deliberatione, de officio legati, in 6. Nam licet ibi solum dicatur, non posse reueruare legatum ecclesias cathedrales, regulares, aut collegiatas, dignitatesque maiores ecclesiarum cathedralium, sub nomine reueruatis, & prouilio quilibet intelligitur. Non enim referantur, nisi in ordinata prouisione, & licet de illis tantum sit factus sermo, ad omnia electiua beneficia, si quae fuerint, est prohibitio extendenda: quia eadem est ratio, nempe ne eligentibus eorum libera electio impediatur. Adde, nominari illa specialiter, quia solum in illis reueruatur electio. Adde in supradicta reg. 3. Cancell. ecclesias cathedrales, regulares, & collegiatas, dignitatesque maiores post Pontificalem, siue electiue sunt, siue non, reueruari. Ergo ut aliquid operetur reueruatio contenta in c. deliberatione, de omnibus beneficiis electiuis debet intelligi.

Secundo fit beneficia singula conferre nullatenus posse, quia etio proprie reueruata non sunt, impeditur tamen eorum prouilio durante litigio, ex text. in c. 1. & 1. vbi. lise pendente, in 6. & tradit Garcia n. 56.

16. Septima difficultas procedit de beneficiis vacaturis, an ea reueruare legatus possit: Et dicendum est posse, ita tamen ut pendente vna reueruatio: in aliqua Ecclesia, aliam non faciat in eadem: nec pendente reueruatioe vnus beneficij ad collationem cuiuscumque pertinentis, reueruationem alterius beneficij ad illius etiam collationem pertinentis faciat, habetur expressè, cap. praesenti §. 1. & cap. deliberatione, de officio legati in 6. Dicitur autem reueruationem pendere, dum reueruatum beneficium collatum non est. Quocirca si secundam reueruationem facere voluerit pendente prima: primam derogare debet, alius nullus effectus erit secundae reueruatio, utpote facta contra formam potestatis commissae: ita alij relatus Azor. 2. p. instituti. moral. lib. 5. c. 29. q. 1. & Garcia §. part. de benefice, 3. n. 36.

Sed dubium est; an haec reueruatio fieri possit in fauorem extrae personae? Ratio dubitandi est; quia inutilis esse videtur talis reueruatio, cum nullum ius personae, pro qua fit reueruatio, concedatur, iuxta textum in cap. dilectus 1. de praebedis. Ceterum dicendum est, posse legatum in fauorem extrae personae beneficium vacaturum reueruare; quia ita habetur in cap.

cum dilectus, de iure patronatus. Ex vi autem huius reueruationis non arctatur legatus, nisi ex quadam decentia beneficium conferre ei in cuius fauorem reueruauit, sed potest alteri prouidere. Sed non inde fit inutile esse hanc reueruationem, si quidem per illam ordinarius impeditur, ne alteri beneficium prouideatur.

Haec spectato iure communi procedunt, at attentata dispositione Trident. sess. 24. cap. 19. dicendum omnino est legatum non posse reueruare beneficia vacatura, & praecipue in fauorem extrae personae; quia omnes reueruationes, expectantur, & gratiae quaeque ad beneficia vacatura interdicitur, ne aliqua occasio capiendae mortis habeatur: & tradit Gonzalez regul. 8. Cancellar. §. 1. proem. n. 30.

PUNCTVM XXVI.

De potestate legati nati, & missi in beneficiorum collatione.

- 1 Ex litteris commissionis hac potestas colligenda est. Tenorque potestatis in actis produci debet, cum de valore prouisionis agitur.
- 2 Expenditur potestas, qua Nuntio Hispania solet concedi.
- 3 Sub eius potestate non comprehenduntur canonicatus, nec praebedae cathedralium & collegiatarum.
- 4 Neque item beneficia, quae simplicia non fuerint. Et quid de curatis habitu, sed non actus.
- 5 Archiepiscopus ruralis sub nomine beneficij simplicis comprehenditur.
- 6 Non comprehenduntur beneficia excedentia valorem 24. ducatorum de camera.
- 7 An sub hoc valore veniat emolumentum, quod beneficiatus obtinere potest intrando in capitulum beneficiorum? Resoluitur, negatiue.
- 8 Non comprehenduntur sub hoc valore tertiaria.
- 9 An deducenda sint de valore beneficij stipendia missarum? Sub distinctione respondetur.
- 10 Subsidiium, & excusatum deducendum videtur ex beneficij valore.
- 11 Quid dicendum de pensione, an deducenda sit de beneficij valore.
- 12 Debet ante prouisionem Nuntio constare beneficium taxam supradictam non excedere.
- 13 Qualiter constare potest beneficium non excedere dictam taxam.
- 14 Penes prouisionem à Nuntio est obligatio probandi beneficij valorem.
- 15 Propositum duplex obiectio, & sit illi satis.
- 16 Non potest Nuntius prouidere alia beneficia, nisi qua per obitum ultimi possessoris vacauerint.
- 17 Si beneficium vacat in mensibus ordinarij alternatiua gaudens, non videtur posse à Nuntio prouideri.
- 18 Impetrans à Nuntio beneficium, non videtur obligatus exprimer menslem vacationis.
- 19 Nuntius, & legatus à latere iurisdictionem voluntariam exercere possunt à die quo urbem fuerint excessi.
- 20 Qualiter ex tunc possunt beneficia conferre.

1. Vpra diximus legatum natum, & missum nullam habere potestatem in beneficiorum collatione, nisi eis specialiter fuerit concessa. Quapropter examinanda sunt litterae commissionis, ut inde eorum potestas cognoscatur. Nam licet solca Pontifex illis concedere potestatem legati à latere, & virtute huius commissionis possent tanquam legatus à latere beneficia conferre, ut docent Giga de pensionibus, quae. 6. n. 19. Gonzalez reg. 8. Cancell. §. 2. proem. num. 54. Mandos. reg. 13. Cancell. q. 6. num. 4. & de monitorijs, quae. 60. num. 41. Garcia §. p. de benefice, 3. n. 82. At quia haec potestas quoad beneficiorum collationem illis specialiter restringitur, ut testatur Gonzalez, & Garcia supra, in Nuntius Hispaniae, ideo tenor huius facultatis, & restrictionis inspicere ante omnia debet. cap. perro, cap. recepimus, de priuilegijs. & leg. diligenter, ff. mandati. Debetque huiusmodi tenor in actis produci, cum de valore prouisionis facta à Nuntio agitur, quia est fundamentum illius, sic Rota decis. 73. l. 3. par. 3. diuers. Gonzalez num. 64. Garcia num. 84. Neque obstat Nuntio concedi, ne obligatus sit in suis litteris, gratis, & dispositionibus facultatem inferre, aut testibus, vel notario comprobare, quomolius in contradictorio iudicio eam facultatem exhibere teneatur; quia illa prerogatiua non inferendi, nec comprobandi facultatem, intelligitur in illis gratis, concessionibus, & dispositionibus iure delegationis Nuntio competentibus, non de illis quae iure speciali competunt, qualis est haec facultas beneficia prouidendi. Deinde intelligitur, dum non est qui prouisioni factae contradicat, Garcia, supra.

2. Facultas ergo, quae Nuntio Hispaniae solet concedi in ordine ad beneficiorum collationem est ut quaecumque beneficia Ecclesiastica simplicia in Hispania consistentia extra Metropolitanas, & alias cathedrales, & alias collegiatas Ecclesias

per obitum illorum vltimorum possessorum extra Romanam curiam vacatura, dummodo illa. I. as, quam ratione mensium Apostolicorum referuata non fuerint, & cuiuslibet eorum fructus, redditus, & proventus etiam ratione personalis residentie percipi soliti, ac distribuciones quorundam 24. ducatorum auri de camera secundum communem estimationem valorem annuum non excedant, pro tempore vacantia personis idoneis prouidere possint, ita tamen vt non prius prouisionem huiusmodi beneficiorum facere debeat, quam sibi fide dignorum testimonio constiterit fructus predictos ipsum valorem annuum non excedere, alioquin prouisiones facte nullius sint roboris, & momenti.

8 Ex qua facultate constat primo non posse Nantium prouidere dignitates, canonicatus, nec prebendas cathedralium, & collegiarum Ecclesiarum, quamuis valorem 24. ducatorum cameræ non excedant, quia in supradicta facultate expressè excladuntur. Gonzalez §. 2. *proam. n. 58. Garcia 5. part. de benef. c. 3. n. 86.*

4 Secundo fit, non posse beneficia, quæ simplicia non fuerint, conferre; quia solum pro beneficiis simplicibus facultas conceditur. Quapropter dignitates, personales, officia, & beneficia curam animarum habentia ab hac facultate excluduntur.

Solum est dubium, an beneficia habitu curata, & non actu, eo quod acta parochianis carent, sub nomine simplicis beneficii veniant? Et dicendum est, si carentia est per accidens; quia parochiani ob incuriones latronum, & inundationes fluminum abfuerunt, speranturque cito reuerturi, non comprehendis quia verè illa beneficia actu curata dici debent, quia non debet attendi id quod est per accidens, sed quod est per se. Gutierrez, *allegat. 8. num. 8. Garcia 5. p. de benef. cap. 3. §. 1. a. num. 112. sed præcipue num. 120.* At si vicinitas destructa sit absque ulla reparatione, quia fortè iam 40. anni lapsi sunt, quia ibi parochiani assistant, sub beneficio simplici comprehendendi debent. Nam licet antea curata fuerint, eorum status mutatus est, & ex curato in simplex conuersus, cum enim curatum beneficium ex cura fidelium dictum sit, & tale beneficium nullam curam habeat, neque illius probabilem spem, cessat esse curatum, & transmutatur in simplex, & omnes qualitates simplicis sortiri debet: sic aliis relatis docet Garcia *supra*, & Gutierrez, *rota alleg. 8.*

5 Deinde est dubium, an Archipresbyteratus ruralis sub nomine beneficii simplicis comprehendatur? Et dicendum est comprehendendi. Nam licet tempore antiquo Archipresbyteris data esset iurisdicção fori externi, eaque de causa sub nomine dignitatis intelligebantur, ac hoc tempore cum nulla ferè illis iurisdicção concedatur, à dignitate ceciderunt. Solum enim Archipresbyteri habent eminentiorem sedem in conclauis sacerdotum; computa, & rationes ab æconomiis Ecclesiarum recipere, sacrum christa per Ecclesias sui districtus singulis annis distribuere, earumque rectam administrationem procurare, mōnendo scilicet ordinatum, si aliquis in supradictis sit def. Aus absque aliqua censurarum impositione, carceris reclusionis; que certè beneficii simplicis naturam non egrediuntur; & ita rinet pluribusq; decisionibus, & factæ congregationis declarationibus comprobatur Garcia 5. p. de benef. c. 4. à n. 94. Gonzalez §. 1. n. 64.

6 Tertio fit sub prædicta facultate Nuntij non comprehendendi beneficia simplicia excedentia valorem 24. ducatorum auri de camera, computatis distributionibus quotidianis, aliisque emolumentis certis. Ducatus aureus de camera continet vnum scutum aureum Hispanicum, & vnum argenteum, ac proinde valet 474 marapedinos secundum pragmaticam Hispanicæ. Dixi, *computatis distributionibus quotidianis, aliisque emolumentis certis*, qualia sunt anniuersaria fundata, & oblationes fidelium conseruata, quia isti sunt beneficii fructus, & proventus. Secus vero dicendum est de oblationibus voluntariis funeralium, anniuersariorumque emolumentis liberis, aliisque elemosynis interitiis, quæque ad certam summam reduci non possunt. Quia hæc annexa non sunt beneficio, ac proinde neque illius fructus, sed sunt annexa concedentium voluntati: sic ex decisionibus Rotæ firmat Garcia 5. p. de benef. cap. 3. §. 1. n. 153.

7 Sed est dubium, an sub valore beneficii computetur emolumentum, quod obtinere potest beneficiatus intrando in capitulum beneficiatorum? Soleat enim in pluribus Hispanicæ ciuitatibus esse aliqua capitula clericorum, quibus annexa sunt plura funeralium emolumenta, pluresque missarum elemosynæ, quæque inter omnes capitulares clericos diuini assistentes diuiduntur, & quilibet beneficiatus eo ipso quo in illa ciuitate beneficium obtinet, est de capitulo, & ius habet hæc emolumenta obtinendi; quæ si diuini assistat, negari ei non possunt. Dubium ergo est, an hæc inter fructus beneficii, & sub eius valore computentur? Et ratio dubij est; quia hæc ob beneficium beneficiato personaliter residenti conceduntur, sicuti conceduntur in Ecclesiis cathedralibus, & collegiariis distributiones quotidianæ canonicis residentibus, & sicut hæc distributiones computantur in valore prebendæ, esto annexæ essent mensæ capitulari: sic illa emolumenta funeralium, & anniuersariorum computari debent in valore beneficii, esto capitulo annexa sint. Adde, capitulum clericorum nihil aliud est, quam omnes beneficiati. Ergo si capitulo illa emolumenta annexa sunt, omnibus beneficiatis annexa dici debent.

Nihilominus verius est hæc in valore beneficii computandi non esse; quia hæc non videntur beneficiatis concedi ob beneficium, sed ob personalem residentiam, esto beneficium conditio sit, vt personalis illorum residentia capax sit obtinendi illa emolumenta. Secus vero est in distributionibus quotidianis inter canonicos diuidendis; hæc enim quia ex canonicis extraxta sunt, illorum sunt fructus, & residentiam tamquam conditionem requirunt, vt habeantur. Quod euidens procedit, si beneficiatis ratione beneficii solum habet ius, vt in capitulum admittatur, & ex amissione capax fiat omnium illorum emolumentorum. Nam tunc clarum est beneficium non concedere ius ad illa emolumenta, sed solum concedere aptitudinem, & capacitatem ad illa: ac proinde non debent sub valore beneficii computari: & ita tenet Garcia 5. *part. de benef. c. 3. n. 150.*

8 Hinc à fortiori constat, non esse dicendum fructus, & proventus beneficii tertiaris, hoc est fructus qui tertio, vel quarto anno per tertium beneficiato competunt ob laborem colligendi decimas. Nam licet soli beneficiati ius habeant ad illos fructus percipiendos, quia solis illis concessum est decimas colligere. At cum si fructus non ex beneficio sint extra, neque ob beneficium dentur, sed ob laborem temporalem, qui laico competere potest, nequaquam inter fructus, & proventus beneficii computari debent. Est quæ doctrina colligit Garcia, & bene §. p. de benef. cap. 3. n. 162. Inquisitoribus priuilegium habentibus percipiendi in abbatia omnes fructus, proventus, & emolumenta beneficiatorum, hæc percipere non posse, quia non sunt beneficiorum proventus, sed personalis residentie, & laboris.

9 Secundo dubitatur, an deducenda sint de valore beneficii stipendia missarum? Et quidem si beneficiatus obligatus est per se missas dicere, quia capellania est sacerdos alius personalem residentiam requirens, nequaquam huiusmodi stipendia deducenda sunt, quia sunt proventus beneficii beneficiato residenti competentes, sicut sunt distributiones quorundam canonicorum residenti competentis, & sicut residentia non dicitur canonicis beneficii, sed beneficii seruitium, sic hæc missæ dici debent. Callador. *decis. 19. de prebendis. in princ.* quem sequitur Garcia 5. *part. de benef. cap. 3. §. 1. num. 169.* At si beneficiatus obligatus non est per se missas dicere, sed potest cultibus alteri decimas committere, non videtur probabilitate carere stipendia illarum missarum deducenda esse de valore beneficii, quia ius est recepta sententia illa tantum esse in valore beneficii computanda, quæ in absentia ab Ecclesia beneficiatus obtinere potest, vt tradit Ioann. Gutierrez. *lib. 1. canon. quæst. 47. §. 3. num. 68.* Casar de Grassis *decis. 118. §. 120.* Garcia, *num. 146.* & licet illa stipendia obtinere beneficiatus possit missas dicendo, sicuti obtinet distributiones quotidianas residendo; quia tamen obligatus non est missas dicere, sicuti obligatus non debent tanquam proventus beneficii, sed potius tanquam fructus residentie, & laboris personalis liberi computari. Adde hæc facultatem Nuntij, cum sit priuilegium à principe concessum, neque iuri communi derogans, sed potius illi affine, late explorari debere. Ergo restrictio illi opposita de excessu valoris 24. ducatorum de camera, intelligenda est de excessu, qui per se beneficio annexus est secus de excessu, quin voluntate beneficiati constituitur.

10 Tertio dubitatur, an subsidium, & excusatum, quod est priuilegium Pontificis ex quolibet beneficio extrahitur in gratiam Regis, deducendum sit ex beneficii valore? Et ratio dubitandi est, quia non est onus beneficium in perpetuum annexum, sed pro limitato tempore, scilicet quinquennio. Non enim pro longiori tempore concedi solet. Sed valor beneficii ex his quæ competunt per se desumi debet, non ex his quæ per accidens competunt, vt tradit Puteus *decis. 202. lib. 3.* Beccanus, *de charitativo subsidio. quæst. 37.* Gambar. *de officio legit. lib. 1. num. 169.* Gomez, *in reg. de exprimendo valore. quæst. 7. §. 3.* Ergo ex subsidio, & excusato non est minuendus beneficii valor. Ergo si beneficium excedit valorem 14. ducatorum de camera computato subsidio, non poterit Nuntius illud prouidere, & in hæc partem inclinat Garcia 5. p. de benef. cap. 4. num. 178. Cæterum verius existimo hoc subsidium, & excusatum ex valore beneficii tam quoad regulam de exprimendo valore, quam quoad facultatem. Nuntij deducendum esse. Quia spectat ad stylo, & communi rerum cursu, est onus perpetuum beneficium annexum; siquidem concessiones quinquennales in perpetuum continuantur, & vna finita, alia, & alia succedit absque ulla reuocationis, sed onus perpetuum deducendum est, vt de hoc constat. Ergo deducendum est subsidium, & excusatum: & ita firmavit Rota in vna Burgenf. pensionis 7. Junij 1585. coram D. Gyptio, prore fert Garcia *supra* n. 176.

11 Hinc constat quid dicendum sit de pensione, qua beneficii grauatum est, an debeat deduci in computatione valoris.

ut possit Nuntius illud providere? Et quidem si pensio annexa est in perpetuum beneficium, nulla est dubitatio deducendam esse. Difficultas est, an pensio, quae pro vita pensionarij, vel pro vita beneficiati beneficium imponitur, debeat dici onus perpetuum beneficium annexum, ut possit deduci. Garcia 5. p. de benef. cap. 3. n. 171. negativè respondet cum Puteo de off. lib. 3. Belenzio. de charitativo subsidio q. 37. Rota de off. lib. 3. par. 3. d. 107. Ratio ea esse potest: nam mortuo pensionario, vel beneficiato pensio extinguitur. Ergo pensio onus est temporale, non perpetuum. Ergo non est ex valore beneficij deducendum. Nihilominus satis probabile iudicarem hanc pensionem reputari onus perpetuum, & ex valore beneficij deducendam esse, ac proinde si illa deducta non excedit beneficium valorem 24. ducatorum de camera, sub facultate Nuntij contineri. Moveret; quia satis perpetuum est, quod non habet terminum alium à vita, leg. iuris peritiam in p. de excusa. in iuror. & leg. sufficit. ff. de conditio. in iudic. Tiraquell. de retract. conventionis. §. 2. gloss. 1. num. 39. Item concessio facta ad beneplacitum concedentis, perpetua dicitur, leg. principalibus. in fine. ff. si cert. impetatur, & tamen vita ipsius finitur. Ergo pensio pro vita pensionarij, vel beneficiati beneficium imposita, perpetua dici debet. Deinde valor beneficij comparatione beneficiarij sumendus est, ita ut tantum deducatur beneficium valere, quantum remanet beneficario deductis oneribus: at cum pensio imposita est ad vitam beneficiarij, non potest quod de pensione solvitur illi manere. Ergo talis pensio in valore computanda non est. Quando vero pensio imposita est ad pensionarij vitam, esto contingens sit, quod beneficium possit remanere, si pensionarius prius illo moriatur: at oppositum etiam contingere potest. Ergo in hoc dubio non est censendum beneficium valere, nisi quod valet deducta pensio. Ergo pensio in valore beneficij computanda non est: & ita tenet Gigas de pensio. lib. 9. §. 9. n. 1.

12. Quarto ex tenore supradictae facultatis inferretur debere Nuntium, priusquam beneficium provideat, esse certum, saltem si de dignitate testimonio, beneficij fructus supradictum valorem 24. ducatorum auri de camera non excedere. Alias si absque hac certitudine provisionem faciat, nullus erit momenti. Ex sola autem relatione impetrantis sufficiens certitudo haberi non potest: quia impetrans ob vtilitatem propriam decipere posse praesumitur. At erit sufficiens certitudo desumpta ex publica voce, & fama duplici teste comprobata, aut si vnicui teste de certa scientia valor beneficij comprobetur. Quia licet haec solam semiplenam probationem continuant, haec sufficit, ut quis in vita sua facultatis, dum non contradicatur, securè procedat, & prudenter operetur. Plena vero probatio reliquitur facienda proinde, si contradicatur habeat. Garcia 5. p. de benef. c. 3. n. 92. in fine. Difficultas autem est, an possit Nuntius committere tibi vices suas, ut provideat Petrum de beneficio vacante, confisso prius beneficium non excedere taxatum valorem? Cui difficultati respondeo nequaquam posse, si vices tibi committuntur cum obligatione provideendi Petrum. Quia in illo casu non provideas, sed provisionem factam à Nuntio exequaris & cum Nuntio prius non constet de valore beneficij, nulla est eius provisio. At si Nuntius non te obligat Petrum provide, sed liber te relinquere, ex illa commissione, cum nulla sit gratia facta à Nuntio, sed à te facienda, rectè fieri haec commissio potest. Garcia. sup. d.

13. Quod si inquiras, quomodo constare possit beneficium valorem 24. ducatorum auri de camera non excedere, vel possit à Nuntio provideri; si quidem annis singulis est fructuum varietas, & beneficium, quod vno anno longè superat valorem 24. ducatorum, alio anno illum valorem non attingit? Aliqui responderent ex tribus annis proximis praecedentibus sumi argumentum. leg. quicumque, 4. Cod. de Apochis publicis. ubi dicitur ubi qui tribus annis proximis soluit, soluisse semper praesumitur. Ergo valor contingens tribus proximis annis semper contingere est praesumendus; & ita tradit Pinel. in leg. 2. Cod. de rescribenda vend. d. 3. p. cap. v. n. 30. Alij dicunt ex quinque annis aere, & post provisionem beneficij valorem desumendum esse: sic Flaminio, Paulus de resignat. lib. 10. q. 2. n. 55. Ioan. Gutier. lib. 1. canon. quest. cap. 19. n. 68. Leo in thesauris fori Ecclesiast. cap. 22. n. 71. Ludovic. Gomez. in reg. de valore. q. vlt. Et ratio esse videtur, quia nulli aptior regula designari potest. Alij docent ex scio quinquennio antecedenti provisionem desumi debere. Mandos. reg. 22. question. 5. num. 2. Mascard. de probat. concl. 1403. num. 48.

Ceterum supradictae sententiae non satisfaciunt. Non prima, nec tertia, quia spatium trium, vel quinque annorum satis limitatum est, ut valor beneficij inde colligi possit, cum frequenter contingat in tam brevi spatio nullam fieri considerabilem mutationem in fructibus. Secunda vero sententia claris convincitur fallacis; si quidem ex illa sequitur gratiam à Nuntio factam esse in pendenti ex futuro evento. Neque posse esse constare cum provisionem fieri, beneficium valorem 24. ducatorum auri de camera non excedere: non igitur ex quinquennio post gratiam sequuto valor beneficij desumendus est: quod à fortiori procedit, cum statim post factam gratiam lis moveretur ad illam satisfaciendam, quia tunc absurdissimum esset quinquennium ex-

pectare ad explorandum gratiae valorem. Quocirca existimo deducendum valorem beneficij ex decem annis proximis praecedentibus gratiam, comparato sterili cum fertili, desumendum esse; quia ita ex stylo curiae legem in hac parte constitutentem observatum est: sic variis decisionibus Rotae comprobatur Garcia 5. p. de benef. c. 3. à n. 219.

14. Secundo inquires, penes quem sit obligatio probandi beneficij valorem, an penes prouisorium à Nuntio, an penes prouisorium apostolicum, cum vnus aduersus alterum litiget? Et breuiter dicendum est penes prouisorium à Nuntio obligationem esse; tamen si sit prius prouisorius, & possideat. Quia prouisorius apostolicus cum sit prouisorius à Pontifice, cui iure ordinatio, vel iure reservationis, omnium beneficiorum prouisiones competunt, habet à iure suam intentionem fundatam: prouisorius vero à Nuntio econtra; cum Nuntius sit extraordinarius, & delegatus collator; suam intentionem à iure fundatam non habet. Debet ergo prouisorius illum fundare, quod alia via effici non potest, nisi probando sub facultate delegata Nuntij contineri. Ergo probare debet beneficium non excedere valorem 24. ducatorum auri de camera, alias succumbet, & deponetur. Item prouisorius à Nuntio, cum gratiam impetrat, narrat beneficium supradictum valorem non excedere, & in hac narratiua fundatur gratia à Nuntio facta. Ergo tenetur illum verificare, praecipue cum contradicentem habeat. si quidem est fundamentum iure gratiae: & ita tenet Anastas. Germ. de indultis Cardinal. §. ac irritum à n. 27. Garcia 5. p. de benef. c. 3. n. 188. & alij apud ipsos.

15. Sed obijciat; cum Nuntius provideat, obligatus est prius valorem beneficij explorare, ut gratia facta teneat. Ergo cum ipse Nuntius de valore beneficij testatur, ei credendum est, dum non fuerit contrarium probatum. Tum quia praesumitur debet, Nuntium se rectè informasse, ne delictum in prouisione committeret. Tum quia pro valore actus praecipue à superiore facti est sumenda praesumptio. Ergo prouisorius à Nuntio, cum de eius intentione constat, habet suam intentionem fundatam. Ergo prouisorius apostolicus, illum excipiens, contrarium probare debet. Respondeo concedendo prouisorium à Nuntio habere suam intentionem fundatam, dum non excipitur, nec contradicatur ab aliquo prouisorio apostolico, aut ordinario, at stante tali exceptione indiget nouo fundamento; eo quod concurrat cum prouisorio apostolico, vel ordinario, qui habent à iure suam intentionem fundatam: & cum hoc fundamentum, utpote à iure communi inductum, firmius sit, & efficacius, praeualeat aduersus fundamentum, quod habet Nuntij prouisorius.

Obijciat secundo. Prouisorius Apostolicus verificare tenetur valorem beneficij: quia est iure gratiae fundamentum: cum enim iuxta reg. 21. & 61. de valore. exprimi debeat in supplicatione valor beneficiorum, probandus postea est, ut gratia iustificetur. Ergo dum prouisorius apostolicus non probauerit valorem, quem de beneficio exprobat, non iustificat suam gratiam: illa ergo non iustificata prouisorius à Nuntio firmus existit.

Respondeo dupliciter posse prouisorium apostolicum exprimere valorem in beneficij impetratione; primo negando beneficium valorem tantum excedere, nempe centum ducatorum; secundo affirmando excedere illum valorem, satisfactis regulis Cancellariae. At diuersam obligationem contrahis quoad probationem valoris ex vno modo expr. sionis, quam ex alio. Nam cum per negationem procedis, non es obligatus probare quanti determinatè valeat beneficium, sed solum quanti non valeat, ac proinde ex hac probatione non excusatur prouisorius à Nuntio suam facere probationem; si quidem ex illa colligi non potest, an beneficium excedat hunc, vel alium illum valorem. Verum cum affirmatiuè procedis, affirmando scilicet beneficium excedere valorem 24. ducatorum auri de camera, & ob hanc causam petis tibi conferri, obligatus es plene probare excessum, quia est fundamentum iure gratiae. interimque prouisorius à Nuntio remoueri non potest; imo neque obligari fundare suam intentionem, & probare beneficium non excedere valorem taxatum; sic Garcia 5. par. de benef. cap. 3. num. 196. Aduerto excessum minimum in valore 24. ducatorum auri de camera sufficientem esse ad annullandam Nuntij provisionem. Quia est beneficium extra Nuntij iurisdictionem. Nuntio namque beneficium committitur sub illa forma, & conditione, ne supradictum valorem excedat. At positum quod excedat, etiam si excessus minimus sit, forma, & conditio commissae iurisdictionis non seruat. Ergo nulla est provisio: sic Garcia numer. 182. & decisionibus Rotae comprobatur.

16. Quinto inferretur ex tenore supradictae facultatis, non posse Nuntium alia beneficia simplicia provide, nisi quae per obitum vltimi possessoris vacauerint, & quae aliis reservata non sint, excepta reservatione mensium, esto supradictum valorem 24. ducatorum auri de camera non excedant. Quocirca provide non potest Nuntius beneficia vacantia per resignationem, per priuationem, per incompatibilitatem, aut alio quouis modo quam per obitum: si autem per obitum vacauerit de facto, esto de iure non vacet, sufficiens erit, ut Nuntius provideat. Garcia alijs relatis 5. part. de benef. cap. 3. §. 1. numer. 88. Item provide non potest beneficii vacantia in curia, neque quae vacant Episcopali sede vacante, neque quae reservata sunt



ex regulis Cancellarie vltia regulam mensium, quia hæc à iurisdictione Nuntij excluduntur.

17 Solum est dubium, an si beneficium vacet in mensibus ordinarij, præcipue si alternatiua gaudeat, possit à Nuntio prouideri. Gonzalez reg. 8. Cancellar. §. 2. proem. num. 55. credit non posse, quia existimat cum ordinariis in eorum mensibus non concurrere. At dicendum est cum ordinariis alternatiua non gaudentibus concurrere posse; quia eius facultas non apparet in hac parte limitata: & ita tenet Rota apud Crescent. decis. 8. de Priviligijs. Anast. Germon. de indultis Cardinal. §. ac irritum. n. 42. Garcia 5. p. de benef. cap. 3. §. 1. n. 132. Verum si ordinariis alternatiua gaudeat, esto Garcia à n. 134. existimet non ob inde impedit Nuntium à prouisione faciendâ, probabilis credo impediri propter decretum irritans contentum in gratia alternatiua, annullans quamcunque prouisionem à quocunque, etiam à sede Apostolica, factam. Neque obstat Nuntio concessam esse facultatem apponendi in suis facultatibus, & concessionibus clausulam necessariam, & opportunam, ac in litteris Apostolicis concedi, & extendi solitam, qua derogetur cuilibet contrariæ dispositioni, vt inde inferatur posse alternatiua Episcoporum derogari: est enim hæc gratia alternatiua ita excellens, tum quia in fauorem residentia conceditur. Tum quia conceditur Episcopis cum decreto irritante quamlibet aliam dispositionem. Tum quia expostulat ad sui derogationem fieri illius mentionem expressam, vt merito præsumi non possit facultatem Nuntij extendi ad prædictam gratia derogationem.

18 Deinde dubitatur; an impetrans à Nuntio beneficium obligatus sit mensem vacationis exprime? Affirmat Garcia 5. p. de benef. cap. 1. num. 138. Mouetur, quia regula 8. Cancellarie præcipiens hæc expressionem in prouisione Apostolica, procedit in prouisione facta à Nuntio: ideo enim in prouisione Apostolica mens exprimitur, ne Pontifex ordinariis præiudicet: at hæc ratio enim videtur procedere in prouisione Nuntij. Ergo etiam respectu illius mensis est exprimendus. Cæterum verius credo nullam esse huius expressionis obligationem, esto conueniens sit. Quia in facultate Nuntij hoc onus non imponitur, & licet impositum sit in prouisione Apostolica, non inde ad prouisionem Nuntij extendendum est. Non enim lex, & præcipue irritatoria, qualis est hæc, extendi debet ad casum non comprehensum ob similitudinem rationis. Adde neque esse eandem rationem: nam Pontifex prouidit potest ordinariis gaudentibus alternatiua, prouidendo beneficia in eorum mensibus. At Nuntius, vt nuper diximus, his ordinariis prouidit non potest. Item Nuntius, quia est in provincia, facilius cognoscit quo mensis contigit vacatio, quam Pontifex: habetur enim tanquam ordinarius, sed ordinario diximus non esse necessario faciendam mentionem mensis, in quo beneficium vacauit. Ergo neque comparatione Nuntij faciendâ est.

19 Denique aduertendum est, Nuntium, & à fortiori legatum à latere iurisdictionem voluntariam exercere posse à die quo vibem egressus est, & in eam rediit. Quia toto illo tempore legatus est, legationeque fungitur. argum. leg. vero. ff. de officio Proconsulis, vbi Proconsul, cui legatus comparatur, proconsularia insignia habet statim atque vibem egressus est, & in l. §. §. quasi, dicitur ab eo puncto habere iurisdictionem voluntariam, licet non contentiosam: Azor 2. part. insit. moral. lib. 5. c. 27. §. 6.

20 Ex quo fit posse illo tempore beneficia conferre; quia collatio beneficiorum iurisdictionis contentiosæ exercitium non requirit. An vero idem sit de confirmatione, & institutione, negat Azor 2. part. lib. 6. c. 25. quæst. 12. quia hæc fieri non possunt absque causæ cognitione: Instituent enim nominatos à patronis, vel confirmans electos à clericis obligatus est explorare mores, vitam, & literaturam illorum, que sine causæ cognitione fieri nullatenus possunt. Cæterum cum huiusmodi cognitio, & exploratio fieri possit absque iudiciali strepitu ad sui plenam informationem, nullo contradicente, non est in causa, quare institutio, & confirmatio non possit extra provinciam fieri. Adde informationem fieri posse in provincia; & institutionem, & confirmationem extra. Garcia alijs relictis loquens de Vicario Episcopi, 5. p. c. 8. à n. 141.

PUNCTVM XXVII.

De potestate ordinarij collatoris in beneficiis conferendis.

- 1 Quis ordinarij collator nuncupetur.
- 2 Quia beneficia conferre ordinarij collatores possint, potius ex consuetudine, quam ex iure desumitur.
- 3 Quod tempus ad præscriptionem requiratur.
- 4 Episcopi anse litteras expedias, & capitulum ostensas non comperit potestas beneficia prouidendi.
- 5 An Episcopus, cui datus est conditor, possit beneficia conferre? Subdistinguitur respondetur.
- 6 Prælati reputati à populo, potestatem habent beneficia conferendi.

- 7 Limitatur doctrina in conferente priuato, & particulari, sed non approbatur.
- 8 Secundo limitatur in eo, qui titulum habet à legitimo superiore.
- 9 Reprobant plures hæc limitationem.
- 10 Quid sentiendum sit.
- 11 Limitatur tertio, vt non procedat in habente beneficium reservatum, cui est annexa potestas beneficia conferendi. Sed non approbatur limitatio.
- 12 Quarto limitatur in eo, qui ipso iure priuatus est beneficia conferre ob delictum. At hoc intelligitur facta declaratione.
- 13 Quinto limitatur, vt non procedat in eo, in cuius electione substantialis defectus commissus est. Sed non approbatur.

Tria sunt in hoc puncto explicanda; qui sint ordinarj collatores: que beneficia conferre possint: & quando competens hæc potestas.

1 Dicendum ergo est ordinarij collatorem esse, qui iure proprio beneficia conferat, tamen iurisdictionem non habet à colligitur ex cap. ordinarij, de officio ordinarij. in 6. & ex c. si quis, de concess. præbenda. in 6. glossa verbo ordinarij, in clm. 1. et licet pendente. Neque enim ad collationem requiritur iurisdictionis potestas. Inter ordinarij collatores primum locum obtinet Episcopus in sua diocesi. Huius enim est iure communi, & ratione Episcopatus concessa est potestas beneficia suæ diocesis conferendi. c. omnes basilicæ, nullus omnino. c. 6. quæst. 7. c. conuentus, de officio ordinarij, cap. ex frequentibus, de insit. & pluribus exortat Gonzalez ad ref. 8. Cancellar. §. 1. proem. n. 21. & 22. §. §. 11. n. 38. & gloss. 21. n. 3. Garcia 5. part. de benef. c. 1. n. 51. & cap. 4. n. 1. & 2. August. Barbosa 3. par. de potest. Episcopi, §. 7. n. 1. huiusmodi collatores, quales sunt Abbates, & Priores, cap. c. 1. de insit. & c. m. 1. de supplenda neglig. prælat. & canonico collegum, cap. propositus, de concess. præbenda. in 6. ex consuetudine, præscriptione, aut privilegio, potius quam à iure, conferendi potestatem habent, vt bene notauit Azor 2. insit. moral. lib. 6. c. 25. quæst. 8.

2 Que beneficia conferre ordinarij collatores possint; potius ex consuetudine, quam ex iure delendum est: si enim ius commune spectetur, communio sententia affirmat dignitates, canonicatus, & præbendas Ecclesiæ Cathedralis, maxime si ex bonis communibus erectæ sunt, ad Episcopum, & capitulum simul pertinere, ita vt Episcopus æqualem vocem cum capitulo habeat: cap. cum Ecclesiæ Vulterrana. in fin. de electione, cap. postulatibus, de concess. præbenda. cap. 1. Ne sede vacante, lib. 6. & pluribus exortat Gonzalez ad reg. 8. Cancell. §. 1. n. 36. Garcia 5. p. de benef. cap. 4. num. 17. insit. moral. lib. 6. c. 27. Azor 2. p. insit. moral. lib. 6. c. 25. quæst. 9. reliqua vero beneficia inferiora in ipsi Ecclesiis Cathedralibus consistunt, vt portiones, & dimidia portiones, si sunt de gremio capitulo ex aliqua consuetudine, iure speciali, saltem quoad mensuram communem participationem, eodem modo ad simul tantum Episcopi, & capituli prouisionem pertinent. At si fuerit contracta à capitulo, & ab ipso Episcopo absque capitulo consensu, vel capitulo prouideri possunt. Garc. cap. 4. num. 257. Gonzal. supra à num. 38. Azor. supra. Quod à fortiori in capellanis ibidem existentibus dicendum est: & docent supradicti doctores. Si vero de præbendis Ecclesiæ collegiatarum loquamur, eorum electio capitulo Ecclesiæ collegiatarum, & eius prælato immediato, si habet, competit, confirmatio autem Episcopo. Gonzal. plures referens n. 47. Garcia num. 64. & seqq. Azor. supra. Alias totius diocesis beneficia solus Episcopus prouidere libere poterit. Azor. Garcia. supra.

3 Hæc procedunt spectato iure communi. At ex consuetudine, seu præscriptione aliud sæpè obseruatur. Nam capitulum sine Episcopo prouidit præbendas solet. cap. ex parte, de capitulis præbenda. Econtra Episcopus sine capitulo, cap. ex frequentibus, de institutionibus, & tradit Gloss. cap. Cumanus, verbo consuetudine, de electione, per texum, ibi, & cap. cum Ecclesiæ surina, verbo temporis, de concess. præbenda. Gonzal. gl. 45. n. 71. pluribusque Rote decisionibus comprobatur.

Difficultas autem est, quod tempus ad hanc præscriptionem ius commune derogationem requiritur. Et breuiter dicendum existimo, requiri immemorabile tempus sine titulo, & quadragenarium cum titulo, si Episcopus à prouisione beneficiorum excludendus sit, cap. 1. de præscriptione, in 6. & tradit cum Abbate in cap. cum Ecclesiæ Vulterrana in 6. de electione. Garcia 5. p. de benef. cap. 4. num. 90. Nam cum Episcopus de iure fundatum habeat suam intentionem prouidendi omnia beneficia suæ diocesis, si ab hæc possessione excludatur, immemorabile tempus sine titulo, & quadragenarium cum titulo requiri debet. Alia bona fides, que in præscriptione requiritur, est, prælatum non potest. Verum si præscriptio fit in fauorem Episcopi, vt possit potestatem ab ipso capitulo, vel consilio capitulo prouidete; credo decem annos sufficere ad præscribendum, quia huius præscriptionis ius clarum, & certum non refertur. Et ex alia parte est præscriptio cum iure præsentibus, tum inter personas Ecclesiasticas, tum in fauorem dignitatis Episcopalis.